

466 [=88] urna palm. 2 sertis avibusque bibentibus exornata. Futani (m. p. 50 a Salerno prope Pisciottam orientem versus) ad fl. Rubicante a Vallo versus meridiem aquae lustrali destinata in unica vici ecclesia.

D · M · S
L · VALERIO · M f. su
SCEPTO · VIX · ANNIS · XL · m
DIEBVS · II · T · COMINIVS su
5 SCEPTVS · ET · PVBLiLiia....
ANDREA · FILIO · KAR

Antonini p. 343 ed. 4, I, 344 ed. 2.

Haec tota recedit a solito fingendi more Antoninii videturque genuina. — 3. 4 lac. in fine non indicavit Ant. — 5 PVBLiLiia.... Ant. — 6 ANDREA..FIL Ant.

XXVI. Ager inter Veliam et Paestum.

Ad promunturium Sirenum, hodie *Punta della Licosa* ab insula olim dicta Leucosia (Strab. 2, 15, 19 p. 123. 6, 1, 1 p. 252. c. 4, 6 p. 258; Plinius 2, 88, 204), hodie *Piana*, cum titulus repertus sit

dedicatus a correctore Lucaniae (n. 467), hic quarto certe saeculo publicum aliquod aedificium fuit. Intus in Cilento q. d. non reperti sunt nisi pauci tituli argumenti privati.

467 litteris optimis; in postica est n. 463 MAZ. Trovata ultimamente nella marina della Licosa ANT. 1745; cippus repertus proxime a Castello Abbatis collocatusque a Parisio Granato eius oppidi domino in villa ipsius, quae est in ora insulae Leucosiae opposita MAZ.

<i>in latere:</i>	<i>intra quernam coronam, cui spicæ innectuntur:</i>	<i>in latere:</i>
urceus	CERERi	capedo
taeda erecta	SACR VOCONIA	taeda erecta
	SEVERA	

Antonini Lucania p. 113 ed. 1 (1745), I, 114 ed. 2 memoravit, non edidit; A. S. Mazochi de cultu episcop. Neap. (1753) p. 292.

468 [=28*] litteris recentioribus in postica tituli praecedentis.

BRITTIUS
PRAESENS
V C
CORRECTOR
5 CVRAVIT

Antonini l. c.; A. S. Mazochi l. c.

Vv. male separat et legit 4 CORRECTOR Ant. — Praesens quidam Lucanus dicitur Plinio ep. 7, 3 et extat Volceiis titulus n. 408 Bruttio Praesenti Comodi socero dedicatus; sed casu tantum videtur factum esse, quod saec. IV eiusdem nominis vir Lucaniam et Bruttios rexit.

469 [=94] Monte nel Cilento in aedibus feudatarii.

D · M
ARRIO · ISIDO
RO · MISSICIO · PA
TRI · SILVANVS
5 FECIT · V · AN · LXX
V · ME · VI · DIES
VIII · BENEMER

Antonini Lucania p. 520 ed. 4, II, 53 ed. 2: *Una monca iscrizione che qui [agit de tabulis Heracleensibus v. p. 24] fu similmente trovata, in cui si fa menzione di un tal T. Missicio [inedita mansit conficta sine dubio ab Antoninio], mi fa ricordare di un altra che sta nella Terra di Monte nel Cilento. Titulum ab eodem Arrio Isidoro ante missionem mulieri n. Picenesi dedicatum infra dabimus inter classarios, quo hie satis defenditur.*

470 in S. Francesco del Cilento.

D · M
FLAVIE · COMMENDATAE · VIXIT · ANNIS · LX
CN · VOLVNTILIVS · SVCESSVS · ET
M · AVIENVS · AEDILIS
5 CONIVGI · SVAE · BENE · MERITAE · F

Lud. Staibano Salerno lapidario ms.

471 in una piccola urna di marmo in S. Francesco del Cilento.

D · M
C · IVL · SATVRNINO
B · M · F
C · IVL · SOCRATES

Lud. Staibano Salernon lapidario ms.
4 SOCRATIS traditur.

XXVII. PAESTVM (Pesto). Tribu Maecia.

Ποσειδωνία antiqua Sybaritanorum colonia et aliquando florentissima, cuius praeter nummos copiosos etiam tituli quidam (C. I. Gr. 5778. 5778 b) supersunt, cum indigenae contra alienigenas consistere coepissent, a Lucanis subacta et mores mutavit (cuius mutationis memoriam servavit Aristoxenus apud Athenaeum 14, 31 p. 632: Ποσειδωνιάταις... συνέβη τὰ μὲν ἐξ ἀρχῆς Ἑλλησιν οὖσιν ἐκβεβαρβαρώθαι Τυρρηνοῖς

ἢ Ρωμαῖοις γεγονόσι, καὶ τὴν τε φωνὴν μεταβεβληκέναι τὰ τε λοιπὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων) et ipsum nomen Paestum sibi fecit, pariter atque Ἰππώνιον abiit in Vibonem (p. 7). Lucanis cum Romani urbem eripuerunt (Strabo 5, 4, 13 p. 251: Ὁστερον δὲ Λευκανοὶ μὲν ἔκεινους, Ρωμαῖοι δὲ Λευκανοὺς ἀφείλοντο τὴν πόλιν), post Pyrrhicum bellum a. u. c. 481 eo deducta est colonia iuris Latini (Livius ep. 14; Vell.